

1783.

1. Lentin, Joann. Adolph. Hugo Fridericus: De retractione ex capite justitiae in causis criminalibus.
2. Schorch, Hieron. Frideric, Facult. juridicae decanus:
... solennis inauguralis ... Jo. Adolph. Hugo
Frid. Lentini ... indicit praemissa Disquisitione
de retracta rei singularis et pluribus pluribus
simul uno pretio venditis.

1784.

- Schorch, Christian Frider. Forman.
1. Weissenborn, Joann. (Facult. juridicae decanus):
solennis inauguralis ... Joanni Weissenborn
... indicit de dominis eminentiae ejusque Libertatibus
praecipuus.
 2. Weissenborn, Joann.: Praerogativa juris publicae
momenta.



1785

Pet.

1. Agricola Petri: De historia ecclesiastica studio juris ecclesiastici consocianda programma, quo praelectiones suas per aetatem h. a. habuisset. indicit.

1786.

1. Agricola, Petrus Franc.: Positiones jur. utr. selectae
2. Bachmann, Franciscus Mauritius, Facult. juridicae Decanus: solennia inauguralia ... Petri Francisci Agricola ... indicit simulque de forma imperii Rom. Germanici ex jure publico nonnulla praemittit.
3. Weber, Christ. Guiz: De cessionario privilegiato et usum privilegiorum suorum admittendo, nec non de jure pignoris feudalis in causa quadam illustri comitatus primum, deinde cessi, tum in disceptationem vocati atque contentiosam responsorumque avaritati ac dissentioni subjecti

1787.

1. Schorch, Joanes Godfredus ; Facult. juridicae Decanus :
solemnia inauguralia . . . Dr. Joannis Godfredi Auster
indicit.

2. Schorch, Christianus Fides. Lammus ; Facult. juridicae
Decanus : . . . sollemnia inauguralia . . . Fr. Adolphi
Reichard . . . indicit praemissa disquisitione :
an rationario et administratori intuita residui,
quod vocamus, activi (Actio. Receß) jurisdictione
hypothecae competat?

3. Schorchius, Christ. Fidei. Forman . . . Generalia de cita-
tione in terris Saxonicae praecipue usitata.

4. Schorch, Christianus Fidei. Forman . . . De Tomatione
propter nuptias ejusque specialim origine.

1788.

1. Bachmann, Franc. Godfredus ; Facult. juridicae Decanus ;
solemnia inauguralia . . . Franc. Godfredi Warschmitt



1788.

indict simulque de iudice causarum fiscalium
normalle praemittit.

2. ^{alt.} Würtzschmitt, Franciscus Gulphardus: De successione mania
in hereditatem paternam monasterio suppresso.

1790. Schuetz von Halyhausen, Friedrich August: Von den Rechten
der Richter. Verwehrt, besonders aber, von dem streitigen Rechte
eines Botenchafters zu den Wahlen geistlicher Reichsfürsten

^{2. 3. 4. 5.} ^{alt.} 1791, 1. 2.

1792.

1. Bachmann, Franciscus Mauritianus, Fac. iur. vic. Deca

mus: . . . solennia inauguralia ob. can. doctorum.

2. 3. 4. 5.

(Johanni Hieronymi Schäfer, Joanni Jacobi Francisci Fes
meister, Ludolphi Henrici Lilius, Jo. Henrici Koch, Antonii
Christophori Apell, Johanni Henrici Schulze, Georgii Edua
di Kochler, Francisci Gimpel, Francisci Valentini Brand
Georg. Philippo Ingelhardt, Ferdinandi Philippo Lisdeman
Aloyisii Fromm, Antonii Orth, Franc. Maring. —
indict simulque normalle de regala aequalitatis ex §).

ars. V. Inst. P. V. praemittit.

1793, 1. 2.
1795?

Kropp, Carolus Ludovicus: De eo, quod iustum est
circa religionis mutationem in imperio

Schorch, Chas. Frider. Immen. Facult. juridicae Decanus:
... solennis inauguratio ... Or. Caroli Ludovici
Kropp ... indicit. Inst. iurium donationis propter
nuptias historice delineatorum part. II.

1796.

Bachmann, Franc. Mauritius, Facult. juridicae Deca-
nus solennis inauguratio ... Or. Joan. Henrici
Georgii Knappisch indicit. ... praemissa disquisi-
tione: num jus primus praesides Caesareis quoribus
sit praesides ad primum beneficium praeside
nicis domiciliantibus ordae prioribus in ecclesia,
cujus capitalum est classum?

1796

2. Bachmann, Henr. Maurin, Facult. juridical
De canonicis solemnibus inaugurationibus . . . On. Henr. Facult.
Christiani Vögel . . . indicis simulque nonnulla de
fatis concordatorum Germaniae in ecclesiis pro
testantium praefatur.

1797.

1. Reddersen, Iohannes Christianus: De onere probandi
in actione negatoria et in specie, si res in quasi
possessione servitutis praetensae constitutus sit
2. Weissmantel, G. Julius, Facult. juridical Decanus:
. . . solemnibus inaugurationibus . . . h. Iohannis Christo-
phani Reddersen . . . indicis, simulque de servitute
praeterea sub lege retrovenditionis possessio, aequi-
sita, quaedam praefatur.

1798.
1811.

- Zimmengel, Fran. Theophilus Lazarus: De caribus,

in quibus in causa civitatis delictis juramenti cessat.

1809.





1785
DE

5

HISTORIA ECCLE-
SIASTICA
STUDIO
IURIS ECCLESIASTI-
CI CONSOCIANDA
PROGRAMMA,

QVO PRAELECTIONES SVAS PER
AESTATEM H. A. HABENDAS

INDICIT

PET. FRANC. AGRICOLA

AD B. V. MARIAM CAN. CAP., SAC. CAN. PROF.
PVBL. ORD. ET ELECT. ACAD. SOC.

1878
D



ERFORDIAE
LITERIS NONNIANIS.
1785.



*Mihi Pulchrum imprimis videtur, non pati
occidere,*

Quibus æternitas debeatur —

Plinius Lib, 5, Epist, 8, ed, 1652

V
cerrin
Them
&, u
move
Pande
aliud
negy
jori v

laudato titulo decerpamus: "Facturus, ita ibidem enunciat præclarus Justitiæ Antistes *Cajus*, *legum vetustarum interpretationem, necessario prius ab urbis initiis repetendum existimavi: non quia velim verbosos commentarios facere, sed quod in omnibus rebus animadverto, id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret. Et certe cujusque rei potissima pars principium est. Deinde si in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta, judici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omissis initiis, atque origine non repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare? Namque, nisi fallor, istæ præfationes & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ producant; & cum ibi venerimus, evidentiorum præstant intellectum."* Necessarium itaque nobis cum Pomponio videtur, ipsius juris originem atque processum demonstrare.

Eadem



Eadem utique fuit ratio, quod omnibus se-
culis tanta fuerit Historiæ laus, tantum studium,
tanta prærogativa. Demonstravit id pluribus
exemplis sanguine ac eruditione illustrissimus S.
R. I. Comes *Franciscus Ludovicus de Oettin-*
gen, Eccles. Cathed. Aug. & Elwang. Can. Palat.
ord. Leonis Eques, Ictus, Historiæ legum cultor
maximus ac omnium Princeps 7. Sept. 1780. vi-
ta defunctus, cujus verba sane energica hic red-
dimus: "Liceat aliorum, ita ait in *Diatr. de Fi-*
deicom. quoque testimoniis hanc veritatem ful-
"cire. Agmen ducar Cicero, qui Lib. II. de Ora-
"tor. historiam *testem temporum, & vitæ magi-*
"stram appellat. Lib. I. de legibus autem cap.
"II. ita Atticum loquentem inducit: *Postulatur*
"a te jam diu vel flagitur potius historia. Sic
"enim putant, te illam tractante effici posse, ut
"in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus.
"Atque, ut audias, quid ego ipse sentiam, non
"solum mihi videris eorum studiis, qui literis de-
"lectantur, sed etiam patriæ debere hoc munus;



"ut ea, quæ salva per te est, per te eundem sit
 "armata. Submittit deinde longo ordine seriem
 "historicorum romanorum ante suam ætatem;
 "unde manifestum sit, urbe vix nata jam civium
 "numero fuisse historiam. Et quamvis iniquio-
 "rem sortem subierint literarum studia insecutis
 "temporibus, adeo, ut A. U. C. DXCH. Cajo
 "Fannio Strabone & Marco Valerio Messala
 "Coss. Marcus Pomponius Prætor Philosophos,
 "Rhetoresque ex urbe prosciberet, *Sveton. de*
 "*clar. Rhetorib.* Cap. I. Anno DCXIV. Cornelius
 "Hipullus Prætor ex Italia egeret Astrologos, Val.
 "Maxim. lib. I. c. 3. n. 2. Tiberius exteros
 "Mathematicos necaret, cives extorres ageret,
 "Dio. L. 57. *Suet. in Tyberio* cap. 36. Domi-
 "rianus Philosophiam omnem ex Italia proscri-
 "beret, *Suet. in Domitian.* cap. 10. otii igna-
 "vieque magistrum esse ratus, sola interim histo-
 "ria jus civitatis retinuit. Testantur hoc Com-
 "mentarii Cæsaris, Augusti, *Tacit. lib. I. annal.*
 "cap. XI. Tiberii *Suet. in Domit.* cap. XX. imo



Domitianus, etſi literarum expertus, Tiberii ta-
men commentarios aſſidua volvebat manu,
Sueton. l. c. Sciebat enim Imperatoria Do-
muit inauitrius, fratricique Succellor in Imperio,
historiam Principum eſſe ſcholam, & rerum di-
vinarum humanarumque, ſine quibus res pu-
blica ſalva eſſe nequit, materiam & futeimen-
tum. Jure igitur meritoque Plato in *Cratylō*
vel *de reſta nominum ratione* p. 331. edit.
Marſilii Ficini hiftoriam deducit ab *ἰσχυρὸν τὸν*
ἔθωσιν fiſtit fluxum. Non vero in animo fedet,
omnia veterum eſlogia, quibus hiftoriam maſta-
runt, ſtudioſius conglomerare. Adi ſi velis
Caſaubonum in *præfat. ad Polybium*.
Quemadmodum certe ex ſententia Plinii majus
nullum eſſe poteſt felicitatis ſpecimen, quam
omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis; ita
nemo niſi male conſcius hiftoriam unquam odio
habuit. Omni etiam ævo Magiſtri ſapientia,
(at ex eloquio Vatis Venuſini:

*Ad ſummam Sapiens uno minor eſt Jove,
dives,*



*Liber, honoratus, pulcher, Rex denique
Regum)*

summo in pretio historiam habuerunt, docue-
runque. *Homerus:*

*Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid
utile, quid non*

*Plenius ac melius Chryssippo & Cratore
dicit;*

ad sapientiæ studium hortaturus, bellum Troja-
num describit.

Hæc quidem ad commendandam in genere
historiam sufficiant; at singularis prorsus est ejus-
dem necessitas illi, qui studium juris præsertim
ecclesiastici cum fructu velit excolere. Historiæ
adminiculo destitutus, qua ratione sensum ratio-
nemque sacrarum legum assequetur, easque ad
anime salutem, & Ecclesiæ utilitatem applica-

bit?

bit? In
exulat,
felix, si
loquimur
relas co
dunt d
Ex omni
tem ser
»Epist.
»Aposto
»sitatum
»penitus
»mandæ
»quæ vi
»quam
»larum
»rabiliu
»que er
»porum
»prohib
»codice



bin? Infelix regnum, in quo legum felicitas
exulat, adeoque ordo viget nullus! at æque in-
felix, si leges falsas, præcipue de Ecclesiasticis
loquimur, obtrudere licet! Acerbas sane que-
relas contra falsarum legum fabricatores effun-
dunt doctissimi sanctissimique Ecclesiæ Patres.
Ex omnibus duos audiamus! "Apocryphæ au-
tem scripturæ, ita enunciat S. Leo M. Decret.
Epist. 93. ad Turribium, quæ sub nominibus
Apostolorum multarum habent seminarium fal-
sitatum, non solum interdiciendæ; sed etiam
penitus auferendæ sunt, atque ignibus concre-
mandæ. Quamvis enim sint in illis quædam,
quæ videantur specimen habere pietatis, nun-
quam tamen vacuæ sunt venenis, & per fabu-
larum illecebras hoc latenter operantur, ut mi-
rabiliū narratione seductos laqueis cujuscun-
que erroris involvant. Unde si quis Episco-
porum vel apocrypha haberi per domos non
prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos
codices in Ecclesia permiserit legi, qui Priscil-

* 5

„liani





„liani adulterina sunt emendatione corrupti; hæ-
 „reticum se noverit judicandum; quoniam qui
 „alium ab errore non revocat, seipsum errare
 „demonstrat.” Concinit D. Leoni S. Hierony-
 mus: „Apoeryphorum deliramenta, ita iste lib.
 „17. in *Esaïam* c. 64. inquit, conticeant, . . .
 „de quibus vere dici potest, quod fedeat diabo-
 „lus in insidiis cum divitibus in apocryphis, ut
 „interficiat innocentem. Et iterum: insidiatur
 „in apocrypho quasi leo in spelunca sua: insi-
 „diatur, ut rapiat pauperem. . . . Per hanc oc-
 „casionem multaque hujuscemodi spinarum
 „(animæ multæ) deceptæ sunt (per) miscentes
 „fabulis voluptatem (veritatis), & imperitiæ suæ
 „nomen scientiæ suæ vendicantes.” Varia falsi-
 ficationis literarum exempla adfert *Mabilionius*
 Lib. *De re Diplomatica*.

At & ex altera parte ad sobrietatem sapere
 oportet, ne scilicet temere omnia tanquam falsa
 rejiciamus. Placet quod hac de re *Josephus*

Perez

Perez*)
 in uno
 mus, e
 prehens
 ejus est
 ve cau
 dicitum
 nifesto
 dentius
 nonnun
 Tenend
 dum ita
 Lemov.
 omnes
 aposto
 cienda
 manus
 artific
 tiore.
 *) I
 T
 N



Peres *), Hispanus, in medium protulit. "Quod
in uno aut altero privilegio, ait vir doctissi-
mus, ex his libris deprompto, tales errores de-
prehendantur, omnia omnino repudiare velle,
sejus est, qui Pyrrhonios, aut Academicos, pra-
ve cantus, imitetur. Nam ut illi sensuum ju-
diciū ridicule tollebant, quod aliquando ma-
nifesto nos fallerent; ita hic nihilo sane pru-
dentius apographorum fidem respuit, quod
nonnunquam sefellisse deprehensa sunt. . . .
Tenenda quoque est sententia *Hugonis Grotii*,
dum ita *Epist. ad Joann. Cordesium Canon.*
Lemov. data scribit; "Quaerenda sunt per
omnes recessus ista primi saeculi multum de
apostolico auro retinentis fragmenta: nec abji-
cienda statim, si quid forte allevit adultera
manus, sed, quod in metallis fieri solet, periti
artificis manu separanda scoria a materia pu-
riore." Talem studio huic operam dedere, ut

Recen-

*) *Dissert. Eccles. p. 55. & 56. apud Tassinum & Tassin. T. 1. p. 206. in praclaro opere inscripto; Nouveau Traité de Diplam.*



Recentiores fileamus, Tertullianus, Cyprianus,
Dionysius Alexandrinus, Athanasius, Eusebius,
Hieronymus, Augustinus & præcipue Ge-
lasius,

Juris proinde Ecclesiastici studium ita insti-
tuemus; ut eidem Historiam Ecclesiasticam
confociemus. Ac ut Prælectionum mearum
mentionem faciam; proximo semestri

JUS ECCLESIASTICUM PUBLICUM DIPLOMATICENque

explicabo.

Breves Recentiorum Pontificum Romanorum
notitias, Eminent. Mog. Archipræsulum
seculi XVIII. nomina, & Synodorum seculo
eodem celebratarum seriem chronologicam, hic
subjungere lubet.

HISTO-



HISTORIA
SAECVLI XVIII. EC-
CLESIASTICA
SCIAGRAPHICE ADVMBRATA:

CAPVT I.

ARTICVLVS I.

DE ROMANIS PONTIFICIBVS
SAECVLI XVIII.

Ecclesiam Romanam Summi Hierarchæ
munere labente seculo gubernarunt:

Clemens XI.

Innocentius XIII.

Benedictus XIII.

A

Cle-



Clemens XII.
Benedictus XIV.
Clemens XIII.
Clemens XIV.
Pius VI.

Clemens XI. Romanus Pontifex, Apostolici Spiritus, ac Pontificiæ Majestatis Vir, ineunte seculo XVIII. Ecclesiæ Catholicæ præfuit, ante Pontificatum *Joannes Franciscus* Cardinalis *Albanus* dictus. Is Urbiui nobilissimi *Umbrorum* municipio ac diurna *Metaurensium* Ducum sede undecimo Kalendas sextiles anno 1649. natus est. Parentes nactus est *Carolus Albanus* Urbinatem, & *Helenam* *Moscæ* *Pisaurensis* genere ac opibus præstantes. Ab iis ad literarum studia applicatus, eorum curriculum cum laude absolvit. Dato Ecclesiasticæ militiæ nomine variis functus officiis anno 1690. ab *Alexandro VIII.* in Cardinalium numerum cooptatus est. *Innocentio XII.* quinto Kal. Octobris 1700 vita defuncto, ipse die 23. Novembris ejusdem anni Summus Pontifex eligitur. Acclamantibus cunctis ac manifesta lætitiæ signa edentibus solus electus contristatur, eligentiumque voluntati per tres dies oblectatur se tantæ dignitati imparem reputans. Res quatuor gravissimis variorum ordinum Romæ Theologis discutienda & deliberanda datur. Sed cum hi omnes Pontificatum ab ipso sine gravi peccato dimitti non posse consenserent, acquievit, hume-

ros-

rosque
 dignitat
 dosio C
 30. No
 cratur,
 natur,
 etum ef
 Cardina
 sivam,
 bilem p
 eum ha
 rent, tu
 difficult
 me Eccl
 gnitate
 modum
 fultit.
 quirir P
 ses ejus
 runt,
 logici in
 Suecort
 Pontifi
 to Kilon
 tempore
 tionis n
 Ecclesi
 hic Pon
 foris in
 egregia
 te amp



rosque oneri supposuit. Necdum Episcopali dignitate condecoratus, ab Emmanuele Theodosio Cardinale Bullionio Portuensium Antistite 30. Novemb. 1700. in Vaticana Basilica consecratur, in eademque sexto idus Decemb. coronatur. Speciali eum Numinis providentia electum esse exinde patet, tum, quod, cum omnibus Cardinalibus eum vix conclave ingressum exclusivam, ut vocant, humanis conatibus insuperabilem passum esse, notum esset, omnes tamen eum hanc dignitatem minime appetentem eligerent, tum, quod toto Pontificatus sui tempore difficillimis ex omni parte usus temporibus optime Ecclesiam Dei rexit. Quo magis hanc dignitatem ab initio subterfugit, eo illustriori postmodum in ea constitutus omnibus exemplo praefulsit. Virtutes, quas in Pastore animarum requirit Paulus, exhibuit omnes. Norimbergenses ejus electionem speciali numismate insigniverunt. Joannes Fridericus Meyer, collegii Theologici in Kiloniensi Academia Decanus & Doctor, Suecorum Regi a consiliis, in Programmate de Pontifice Romano Confessore tum promulgato Kiloni scriptum reliquit: *Gaudet praesenti tempore Roma Episcopo Albano magne eruditionis nec minoris prudentiae Viro. Latatur Ecclesiae orthodoxa, quod ad animarum curam hic Pontifex applicare animum partesque Pastoris implere occipiat. Ex qua pietate multa egregia sibi spondet & pollicetur. Tota mente ampliores in dies successus ipsi precamur.*



Nec solum sacris majoris hepdomadæ diebus confitentibus excipere, sed sacram quoque Synaxim distribuere homiliasque diebus celebrioribus ad populum habere consuevit. Præmia equis Numidicis cursus pernicitate præstantibus distribui solita tribuit juvenibus Picturæ, Sculpturæ & Architecturæ in Capitolina Academia a se instituta operam dantibus. Post gloriosissimum omnino 20 annorum & 4 fere mensium regimen, sancto fine quievit 19. Martii 1721. Pluribus de eo egi in *S. XVIII. Biblioth. Eccles.* T. IV. a pag. 157 — 173.

Innocentius XIII. post *Clementem* summam Ecclesiæ Cathedram conscendit *Michaël Angelus de Comitibus* anrea vocatus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. Ss. Quirici & Julitæ, primum Episcopus Auximanus, deinde Viterbensis. Summus Pontifex electus est die 8. Maji an. 1721, a lectissima Cardinalium corona & die 19. ejusdem mensis coronatus. Ortus is est Romæ d. 13. Maji 1655. ex Signiæ Comitum familia perantiqua, pluribus Pontificibus conspicua, & plane celeberrima. Generis sui splendorem rerum domi forisque præclare gestarum gloria, pacato inprimis regimine, auxit. Viennensem in Austria Episcopatum demum ad dignitatem Archiepiscopalem renitentibus licet Ecclesiarum Passaviensis ac præcipue Salisburgensis Principibus anno 1722. evexit. Carolo VI. Aug. investituram Regni Siciliæ utriusque ac Hierosolymæ imperit.



tiit. Bullas, quas edidit, pars septima Magni Bullarii recenfer. Regnavit Innocentius annos duos, menses novem, & dies viginti octo. Evivis excessit 1724. die 7. Martii an. æt. 69. sepultusque est in Basilica Vaticana. Vacavit post eum Sedes Apostolica menses duos dies 22.

Benedictus XIII. post *Innocentium* gubernavit Ecclesiam, *Vincentius Maria Ursinus* antea nuncupatus. In lucem venit Romæ primogenitus Ferdinandi Ursini Ducis Gravinae & ejus conjugis paris nobilitatis feminae Joannæ Franciscæ de Frangipanis della Tolfa, in sacris undis *Petrus Franciscus* dictus. De eo ait Patavinus Burii Bruxellensis continuator: "Natus est IV. Nonas Februarii anno 1649. ex præclarissima Ursinorum familia, quam duodeviginti sanctitate præstantes Viri, & quatuor summæ Romanæ Ecclesiæ Antistites Stephanus III. S. Paulus I. Cælestinus III. Nicolaus III. illustrarunt. Cum ad eam pervenisset ætatem, quam ad Religionis ingressum Ecclesiasticæ leges præfinit, obtentu Italiam lustrandi Venetias se contulit, ibique Prædicatorum ordini in S. Dominici cenobio nomen dedit. Inter tyrones omnium virtutum splendore enituit. Emenso Philosophiæ ac Theologiæ curriculo, sacris concionibus, prout suscepti instituti ratio postulabat, operam zelo plane Apostolico navavit. Hinc cum Bononiæ degeret, in ea diocesi proximo Quadragesimali tempore sacras conciones habiturus, vigesimum tertium ætatis annum agens,



S. R. E. Presbyter Cardinalis a Clemente X. factus est. Tantam dignitatem sibi nihil tale cogitanti ultro oblatam constanter recusavit, sed tandem Pontificis præcepto acquievit. Itaque Romam commigravit, eaque in urbe varia, quæ penes Cardinales esse solent, munera summa cum laude gessit. Tres subinde Ecclesias administravit, Sipontinam, Cæsenaensem, ac Beneventanam per annos 38. ac in singulis maxime illustriæ suæ probitatis exempla ad imitandum reliquit, acerrimumque ubique Ecclesiasticæ libertatis assertorem, ac vindicem se præbuit." Sex Comitibus Pontificiis interfuit, quorum postremo ipse IV. Cal. Junii 1724. concordibus 53 Cardinalium suffragiis invitus ac reluctans Summus Pontifex electus est. Ut *Petri de Luna* Antipapæ, qui nomen Benedicti XIII. gessit, nomen ac memoriam aboleret, ipse Benedicti XIII. nomen assumpsit. Ludovicum Antonium Cardinalem Noallium Parisiensem Archiepiscopum ad recipiendam Bullam: *Unigenitus* permovit, Sacrorum Canonum & disciplinæ Ecclesiasticæ custos maximus concilia celebravit multa. Ad ecclesiam gloriam evocatus est 1730. die 21. Febr. æt. an. 81. dieb. 19. Ecclesiæ præfuit an. 5. mens. 8. & diebus 21. Fuit Pontifex vitæ integerrimæ, maximæ humilitatis, simplicitatis ac eximie sanctimonie, seculi XVIII. Polygraphis accensendus.

Clemens

nomi
lis 16
fere
Bene
1730.
an. æt.
nedi
ri ad
tit, ac
excom
væ &
captiv
ret.
Cardi
Bichio
Ludov
tanum
berthæ
Princi
sunt 1
Pontif
Fuit i
diend
ces Cl

Be
tri ex
ritate,
tiarum
chion



Clemens XII. Laurentius Corfinus antea nominatus, nobili Corfinorum sanguine 17. Aprilis 1652. Florentiæ ortus, post varias quinque fere mensium sacro in conclavi deliberationes *Benedicto XIII.* fatis functo IV idus Julii anno 1730. in summa Petri Cathedra suffectus est, an. æt. 79. In Cosciam Cardinalem gratia *Benedicti XIII.* abusum ac ab avaritia fameque auri ad Simoniam labem abrectum severe animadvertit, ac anno 1733. sententiam tulit, ut præter excommunicationem, & privationem vocis activæ & passivæ per 10 annos in Castello S. Angeli captivus detineretur, & 10000 Ducatos solveret. Pacem cum Lusitanis restituit, cum pileum Cardinalitium, a *Benedicto XIII.* denegarum Bichio quondam in Lusitania Nuntio conferreret, Ludovicum Antonium, Archiepiscopum Tolentanum, Philippi V. Hispaniarum Regis & Elisabethæ Parmensis filium, novem vix annorum Principem Cardinalem denominavit. Vivere desit 1740. VIII. idus Februarii an. ætat. 88. Pontificatum gessit an. 9. mens. 6. dies 25. Fuit in fontes salubriter rigidus, in populis audiendis facilis, in egenos liberalis, ac in supplices Clemens.

Benedictus XIV. Clementem in Cathedra Petri excepit. Vir hic non solum Pontificia auctoritate, sed & solida pietate, multiplicique scientiarum genere celeberrimus ex Marcello Marchione de Lambertinis, cui familia Lambertus

quondam Saxoniae comes sub Ottonis vexillis militans, adeoque Germanus, primus nomen dedit & originem, ac Magdalena de Bulgarinis Bononiae in urbe Academiae antiquitate ac Archiepiscopatu clarissima 1675. 31. Martii editus est. Sacris baptismi aquis ablatus nomen *Prosperi Laurentii* accepit. Ad studia literarum juvenis animum adiecit, & ut eo majorem proficiendi, vatiq; ingenii vires explicandi campum nancisceretur; Romam contendit Insigni Philosophiae, Theologiae, Juris sacri, Historiae Ecclesiasticae, Sacraeque Scripturae scientia inter coetaneos omnes eminuit. Clemens XI, non solum de Ecclesia, sed & de literis literatisque immortaliter benemeritus, solida Prosperi Laurentii eruditione candidaque morum integritate adeo delectatus est, ut cum inter Praelatos domesticos, & utriusque signaturae Referendarios accerferet, quin & fidei Promotorem crearet; quam provinciam annis viginti & amplius summa cum laude sustinuit. In collegio Advocatorum Consistorialium pulchram diu operam collocavit, congregationi Cardinalium S. Conc. Trid. Interpretum, per annos complures fuit a Secretis, & Doctorem sacrorum Canonum egit. Benedictus XIII. ipsum 1724. 17. Julii propriis manibus consecravit Archiepiscopum Theodosianum. Non nisi meritis gravissimis ad Anconitanam Ecclesiam, ac Purpuram, ac tandem ad Hierarchiae Ecclesiasticae culmen sibi viam aper-

ruit,
fidian
ctus o
nus:
nae R
gis R
doctr
hanc
atque
Prote
tania
titulu
3. M
17. n

post
Natu
lectis
prista
noni
sen,
rege
laud
curr
Jure
dis
Pata
ecce
Rom
figu

ruit, ad quod post sex mensium & amplius diffidum, plaudente orbe, die 17. Aug. 1740. effectus est. De eo enunciat Eminentissimus Quirinus: "Curam omnem adhibet supremo christiana Reip. Præside dignissimam, ut non alia magis Romæ studia excolantur, quam pietatis & doctrina, quæque maximopere deceant arcem hanc Religionis, Ecclesiarum omnium matrem, atque magistram." De ejus eruditione etiam Protestantes nonnisi magnifice loquuntur. Lusitanicæ Regi Joanni V. & Successoribus *Fidelissimè* titulum concessit. E vivis migravit 1758. die 3. Maji, an. æt. 83. Fuit Summus Pontifex an. 17. mens. 2. & dies 17.

Clemens XIII. antea *Carolus Rezzonico* post *Benedictum XIV.* Ecclesiam gubernavit. Natus est Carolus Venetiis 1693. die 7. Martii lectissimis nobilissimisque parentibus Joanne Baptista Rezzonico, & Victoria Barbatica. "Bononiæ, ut testatur celeberrimus *Aegidius Neifsen*, in nobili, quod a Patribus Soc. Jesu tunc regebatur, S. Francisci Xav. Collegio, magna cum laude oratorium perinde ac Philosophicam decurrit spatium; mox Venetias primum, ubi in Jure civili & Theologorum dogmatis cognoscendis per biennium studiose est versatus, deinde Patavium, quod in amplo doctissimorum virorum cœtu Doctoris ipsum laurea donavit, postremo Romam se contulit, ubi a Clemente XII. ob insignem religionem pari cum prudentia conjun-

A 5

tam



Etiam Purpuratis adlegebatur Patribus, atque a Benedicto XIV. Patavinum Episcopatum referebat. Anno 1758. die 6. Julii tiaram Pontificiam, cælo auspice, est consecutus: quam ille dignitatem oratione gravitatis plena, multis etiam lacrymis ac singultibus sæpe interrupta, deprecari studuit. Die 15. Augusti e. a. Mariam Theresiam Imperatricem titulo Apostolicæ ab ea, ceu Hungariæ Regina, usarpando exornabat. Peracris ei erat cum Portugallia, Gallia, Hispania, Neapoli & Parma, potissimum ratione expulsionis Patrum Societatis Jesu ex his regnis contentio. Amabat Clemens plurimum Societatem Jesu, eamque duabus constitutionibus, altera: *Apostolicum* anno 1765., altera: *Animarum salutem* anno 1766. confirmavit. Cum Pontifex editum 8. Januar. 1768. contra Ducem Parmensem decretum revocare noller; comitatus Avenionensis & Venafinus a Gallis, Ducatus autem Beneventanus a Neapolitanis occupantur. Tandem piensissimus Hierarcha meritis & annis gravis, superis quam variis variarum aularum ministris charior, post difficillimum annorum 10, mensium 6, & dierum 27 regimen a cæna terrestri ad æternam in cælis transit 2. Febr. 1769.

Clemens XIV. prius *Laurentius Ganganelli*, ad Summam Petri Cathedram trimeltri & aliquot diebus vacuam Patrum Purpuratorum suffragiis 19. Maji 1769. evchitur. In oppido S.

S. Ar
O&ob
progr
Urbini
anno
Conve
S. offi
cessore
legio
meque
ad alia
nionen
ravit.
seopus
Sierst
hisc
meror
certio
id, qu
cupati
Noste
robur
rusqu
Ponti
luctu
quider
sidera
sua re
mo un
si inv
confe



S. Archangeli dicecesis Ariminensis 1705. 31. Octobr. natus, post navatam literis maximo cum progressu Arimini apud Patres Societ. Jesu, & Urbini apud Patres Piarum Scholarum, operam, anno 1723, ordinem FF. Minorum S. Francisci Conventualium ingressus est. A Benedicto XIV. S. officii Consultor nominatus, ab ejusdem Successore 24. Sept. 1759. Cardinalium Emin. collegio fuit inferus. Florentissimam præclarissimæque meritam Societatem Jesu 21. Julii 1773. ad alia averrenda mala suppressit. Ditiones Avenionensem, Venasiam & Beneventanam recuperavit. E vivis migravit 1774. Reverendiss. Episcopus Samosat. *Joannes Ignatius L. B. de Sierstorpff*, Vicarius Apostolicus, ejus obitum hisce intinabat: "Non sine magno animi nostri merore, gravique sensuum nostrorum concussu certiores vos omnes & singulos reddimus, quia id, quod timebamus, evenit, dum morte præoccupatus Nobis ereptus est Sanctissimus Dominus Noster Clemens Papa XIV. Religionis singulare robur & decus, Pastor vere amantissimus, verusque omnium Pater, qui die 22. Sept. 1774. Pontificatus sui anno sexto omnium Bonorum luctu diem clausit supremum, relinquens nos & quidem jure ac merito tanti Patris & Pastoris desiderantissimos. Ad supremum Romanæ Ecclesiæ regimen divino spiritu duce & auspice, summo universæ christianæ Reipublicæ applausu quasi invitus & præ humilitate reluctans evehctus, consensuque ex parte sua præstito vixit aliis,

mor-





mortuus sibi, vacuus sui, plenus Deo; non sua sed quæ Jesu Christi & Religionis erant, quærens omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret; viamque sanctitatis inviam exemplo suo perviam fecit; ac tandem egregia erga Deum & proximum conspicuus charitate, quæ est plenitudo legis, & ex qua tanquam ex uberrimo fonte ceteræ profluunt virtutes, illas, quæ summo Sacerdotio & Imperio dignæ sunt, admirabili quodam nexu in seipso simul jungi ostendit & evicit.”

Pius VI., antea *Jacobus Angelus*, ex illustri *Braschiorum* prosapia Cesenæ 1717. 27. Dec. ortus, scientiis ac artibus equestribus Romæ potissimum in amplissimo omnigenæ eruditionis campo tam felicem sacravit operam, ut iisdem summos ingeniorum exploratores Emin. Thomam Russum, & Benedictum XIV. P. sibi ita devinceret, ut ab illo Auditoris sui, & ab hoc intimi sui Camerarii, ac Canonici ad S. Petrum munere condecoraretur. A Clemente XIII. Generalis Cameræ Apostolicæ Thesaurarius, & a Clemente XIV. S. R. E. Cardinalis 1773. die 26. Aprilis denominatus est. Pontifice hoc vita defuncto *Joannes Angelus* S. R. E. Cardinalis *Braschius* a sacro Purpuratorum Patrum collegio dignissimus habitus est, qui D. Petro in Ecclesia Romana succederet, summumque Christi in terris Vicarium ageret. Aderant in Conclavi Eminentissimi Cardinales: Alexander Albani, Do-

minicu
ricus E
deus I
Malve
sile, F
Carolu
Bernis,
Caraco
nus Fa
Corfin
corsi,
falini,
ni, An
lavinic
Pansili
ni, Ma
nico,
Aquavi
nius A
nocent
Franc.
Franci
Purpu
quente
nelli,
Rodt,
Cerde,
nes Fr
de Cur
mont,
annes



minicus Orfini, Joannes Franciscus Albani, Henricus Benedictus Staarr, Carolus Victor Amadeus Lanze, Fabritius Serbelloni, Vincentius Malvezzi, Aloysius Torreggiani, Antonius Seriale, Franciscus de Solis, Paulus Alb. de Luynes, Carolus Rezzonico, Franc. Joachimus Petrus de Bernis, Hieronymus Spinola, Joannes Constant. Caraccioli, Marcus Antonius Colonna, Cajetanus Fanuzzi, Josephus Maria Castelli, Andreas Corsini, Christoph. de Migazzi, Simon Buonacorsi, Andreas Negroni, Joannes Octavius Bufalini, Joannes Carolus Boschi, Ludovicus Calini, Antonius Branciforte, Lazarus Opitius Pallavicini, Vitalianus Borromeo, Petrus Colonna Panfili, Urbanus Paracciani, Benedictus Veterani, Marcus Marefoschi, Joannes Baptista Rezzonico, Scipio Borghese, Antonius Casale, Pas. Aquaviva d'Arragona, Januarius Simoni, Eugenius Antonius Visconti, Bernardus Giraud, Innocentius Conti, Franc. Caraffa de Trajecto, Franc. Xaver. Zelada, Joannes Angelus Braschi, Franciscus Delci; itaque numero 44. Patres Purpurati. Conclavi autem non interfuere sequentes Emin. Cardinales: Joseph Bozzobonelli, Franc. Conradus Casimirus Ignarius de Rodt, Franc. de Saldanha, Bonaventura de la Cerda, Ludovicus Constantin. de Rohan, Joannes Franc. de Rochechouart, Joannes Cosmus de Cunha, Carolus Antonius de la Roche-Aymont, Leopoldus Ernestus de Firmian; at Joannes Franciscus Stoppani & Ferdinandus Maria de





de Rossi durante conclavi ad æterna cæli gaudia evocati sunt. Neoelectus Hierarcha die 22. Febr. Episcopali charactere insignitus, & Pontificia tiara redimitus est, die vero 26. ejusdem mensis pro celebrando jubilæo Januam sanctam aperuit. De celsissimis tanti Principis ac Hierarchæ virtutibus, de exantlatis pro Ecclesiæ bono laboribus, de indefessa animarum cura, de itinere Vindobonensi, de addita Ecclesiæ urbis & orbis Principi sacristia, de fidei zelo, de favore bonis literis impenso, gloriosissimoque regimine nulla futurorum seculorum ætas tacebit. Numinis providentia, quæ eum Caput & Pastorem Ecclesiæ præesse voluit, ad ætatem, quam hominibus assequi licet, longissimam salvet semper & muniat! Idemque unitatis & pacis spiritus, qui errata corrigit, dispersa congregat, & congregata conservat, det omnes gentes, rejecta divisione, in idipsum sapere, ut unanimes uno ore Patrem, & quem misit, Jesum Christum, honorificent!



ARTI-

EMIN

L ot
E
quod
cebur

Gl
S.
gn
an
sap
fal
X.
No
fis
ela
M
G
E
ju
au
Re
m
fid
fer
ma



ARTICVLVS II.

EMINENTISSIMI S. METROPOLEOS MO-
GVNTINAE SEC. XVIII,
ARCHIPRAESVLES.

Lotharius Franciscus decessit 30. Jan. 1729.
Ejus laudes indicat sequens monumentum,
quod in facello sepulchrali Schænborniano Wir-
ceburgi *Fridericus Carolus* Nepos erexit:

*Gloriæ immortali Lothariï Francisci ex
S. R. I. Comitibus de Schænborn, qui ma-
gno Patruo Joanni Philippo par meritis,
annis superior, iisdem excelsæ virtutis &
sapientiæ gradibus ad sacrarum dignitarum
fastigia Deo duce ascendit. Annos natus
XXXVIII. sæculi MDCXCIII. die 16.
Novembris Imperialis Ecclesiæ Bambergens-
is Episcopus Princeps electus. Nondum
elapso Biennio 1695. die 11. Maji S. Sedis
Moguntinæ Archiepiscopus, S. R. I. per
Germaniam Archicancellarius, Princeps
Elector, Anselmo Francisco vita functo, cu-
jus & semestri Coadjutor fuerat, divinis
auspiciis successit. Ecclesiarum & civitæ
Religionis columnen, subditorum amor, com-
munis orbis christiani suffragio, Antistitum
fidus, Principum oraculum, inter continua
ferme bella fortis & pacificus. Inter Ger-
mania hostilibus armis fatigatæ discrimina
intre-*



intrepidus & securus. Inter summorum Principum repetita funera constans & tranquillus. Inter laborum pro Dei gloria & publica salute susceptorum prosperos eventus felix & gloriosus imperio in Pace Rijwicensi in Ultrajectina vero & Helveto-Badensi, Europæ tranquillitatem inter primos restituit divis Imperatoribus Leopoldo & Josepho ceu magni consilii, Exteris etiam in Principibus ut Angelus Pacis dilectus & venerabilis. Carolo III. Hispaniarum Monarchæ Catholico anno MDCCCVIII. Sponsam dedit Elisabetham Duc. Brunswic. sed Catholicam ante SS. Impp. & Conjugum Henrici & Cunegundæ augustos cineres Romanæ Ecclesiæ Bambergæ redditam Calendis Maji anno MDCCVII. & zelosissimi Archi-Præsulis sacris manibus divino epulo refectam, confirmatam. Eidem Carolo in ancipiti turbata & armata Reipublicæ statu voto Imperium, Insignia Imperii celsissimis manibus detulit anno MDCCXI. die XII. Decembr. Eminentissimus Consecrator. Mox ipse in medio curarum principalium cursu coronæ floride niveum inflexit caput, salutatus inter festivos applausus Ducalis Ecclesiæ Wirceburgensis Jubileus Capitularis in celsissima suorum ex fratre Nepotum Triade ter fortunatus, quorum Duos S. R. I. Principes consecravit Episcopos, Tertium Cardinali-

tia
tem
X2
dex
nifi
did
dog
mo
per
At
nu
mo
De
mo
ric
W
Fr

Rheni
realis,
& or
Electo
Franci
Apr.
mius
len, in

ab El
manic



via Purpura in Cathedra Spirensi fulgentem letus vidit. Continuatae in arduo XXXVII. annorum regimine felicitatis index & tessera fuit Crux Salvatoris, cui munificentissima pietate aras & oratoria condidit, ut quae Crucis onera in tuendo pascedoque fidelium grege tulit, ex hac vitae immortalis fructum & coronam justitiae decerneret; quam in caelis repositam Apostolico Athleta anno MDCCXXXIX. die XXX. Januarii aetatis LXXV. cursum placidissima morte consummanti reddidit justus Judex. Defuncti cineribus & beatae ad posteros memoriae hoc trophaeum funebre statuit Fridevicus Carolus, Episcopus Bambergensis & Wirceburgensis Franciae orientalis Dux, ex Fratere Nepos

Franciscus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Princeps Neoburgicus, Elector Trevirensis, Episcopus Wormatiensis, Vratislaviensis & ordinis Teutonici supremus Magister, facta Electoratus Trevirensis resignatione, Lotharium Franciscum excepit. Obiit Vratislaviae d. 18. Apr. 1732. Vid. de eo Imhofius, & Hontheimius (Histor. Trevir.) item Celeber. Aeg. Neifsen, in Conc. German. T. X.

Philippus Carolus ex illustrissima familia ab Elz, Romae, teste Cordara, in collegio Germanico literis & pietate imbutus, ad Thronum
B Mogun.



Moguntinum evehitur 9. Julii 1732. Consecratus a Georgio Francisco Electore Trevirensi; e vivis abiit 20. Marti 1743.

Joannes Fridericus Carolus, S. R. I. Comes ab Ostein, electus Archiepiscopus Moguntinus 22. Aprilis 1743. Ad Superos abiit 4. Junii 1763. Sub *Joan. Friderici Caroli* auspiciis ac regimine surrexit Erfordiae Electoralis Academia scientiarum utilium. Diploma signatum est XIV. Kal. Aug. 1754. Merita ejusdem Eminentissimi circa Universitatem Erfordensem ita *Acta Academiae Electoralis* ed. 1757. T. I. p. 8. & 9. recensent. "Horto botanico, per quem aqua belle fluens ducitur, domo plantis exoticis a frigore hyemali defendendis destinata, collegio Fridericiano, conventibus Academicis, condenda bibliotheca atque sectionibus anatomicis dicato, Academiam elementissime donavit. Praeter ea lentem colligendis radiis solaribus aptam, duos pedes novemque digitos diametro aequantem musis Geranis incomparabili munificentia dono dedit, & quo juvenes illustri loco nati equos tractare discerent; exercitissimo equorum domitore & catadromo aliam Geranam liberalissime auxit, nec non publicum laboratorium chemicum Academiae elementissime destinavit. Rerum oeconomico-politico-camerarum atque juris naturae & gentium Professiones publicas benignissime fundavit."

Eme

in Bi
nus 5
effulsi
Regim

mum
Archie
cancel
1774
Quem
anima
torem
numin



Emericus Josephus, L. B. de Breidbach
in *Bürrsheim*, electus Archiepiscopus Moguntinus 5. Julii 1763. simul Insula Wormatiensi effulsit. Mortuus est 11. Junii 1774. ætatis 67. Regininis 11.

Friedericus Carolus Josephus, splendidissimum Erthalie Gentis fidus, S. Sedis Moguntinae Archiepiscopus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius & Elector Princeps, electus 18. Julii 1774. Episcopus Wormatiensis 26. Julii 1774. Quem, Piam, Felicem, Patriæ Patrem, vigilem animarum Pastorem, Augustum scientiarum Statorem, incolumem ad plurimos annos exorati numinis providentia conservabit!



CAPVT II.

DE

SYNODIS SAECVLO XVIII. CELEBRATIS.

Synodi in sacrosancta Dei Ecclesia semper fuerunt maximæ autoritatis. Si enim ubi duo aut tres in nomine Christi congregati sint; ibi Christus fons Sanctitatis & aeterna veritas sit in eorum medio; quantam nos Synodis reverentiam exhibere oportet? Fuerunt seculo nostro complures Viri eruditione præstantissimi, qui data opera de iis egerunt. Alii illarum historiam literariam, alii summam, Acta & Canones alii, maximo utilissimoque labore, sumptibusque subinde summis in medium prorulere, Paucis de iis agamus! Historiam Conciliorum literariam reliquit Salmonius sub titulo: *Traité de l'Etude des Conciles & de leurs collections par M. François Salmon, Docteur & Bibliothécaire de Sorbonne. Paris 1724. in 4. & Lipsiæ 1726. in 8. pp. 971.* 2) Universales Conciliorum collectiones Harduinus, Nicolaus Coletus & J. Dom. Mansi; Particulares Hartzheim, Scholl, (& Neissen, cui benemerentissimo Viro vitam diurnam & felicitatem) Baluzius, Joh. Catalani, Vinc. Maria Ursini, Peterffy; 3) Historiam autem Conciliorum Marcus Battaglini, Antonius Baldassari, et Hermants, C. Lud. Richard reliquere, 4) Canones

nes C
Esper
cilior
minic
Vind.
tenfus
Synod

Synod

tum r

Regni

no 17

Natio

stæ de

tution

sciplin

Sanct

Mans

Schra

Præ

Melite

Diæc.

*) D

de

cl.



nes Conciliorum interpretati sunt *Z. B. van Espen, Joseph Catalani.* 5) Summam Conciliorum. Barth. Caranzæ dedit Doctiff. P. *Dominicus Schram.* Hujus *Tomus IV.* (Aug. Vind. 1778. in 8.) ab an. C. 1545. ad 1778. extensus est 6) *Benedictus XIV.* S. P. edidit *de Synodo Diœcesana libr. VIII.* sæpe recufos.

| | |
|-------------------------------------|------|
| Synodi celebratæ sunt feculi nostri | anno |
| Cleri Gallicani congregati habita | 1701 |
| Ab Innico Caraccioli Ep. Aversa | 1702 |
| Monasteriensis *) | 1702 |

Vincentius Zmajevich, Archiepiscopus tum temporis Antibarenfis, Dioclenfis, totius Regni Servie Primas, Vifitator Apoftolicus anno 1703. Albania synodum Provincialem five Nationalem habuit in Ecclefia S. Joannis Baptiſtæ de Merchigne Alexienfis Diœceſis. Conſtitutiones eo tendunt, ut fides propageretur, & difciplina renovetur. Extat hæc Synodus T. VI. *Sanct. Conciliorum & Decret. p. I. Dom. Manſi Luce* & ejus *Summa* apud P. cl. *Schram.* Vid. etiam *Biner App. P. X. p. 608.*

| | |
|--|--------|
| Præter hanc habitæ ſunt Synodi | anno |
| Melitenſis ab Ep. Dav. de Cocco Palmerio | 1703 |
| Diœc. Franc. Rannirez Ep. Agrigentini | 1703 |
| B 3 | Bellu- |

*) De Synodis Monasterienſibus ſec. 18. celebratis videtur T. X *Conciliorum Germaniæ* aut *Summa CC.* cl. P. *Schram.*



| | |
|--|------|
| | anno |
| Bellunensis Jo. Franc. Bembus Ep. | 1703 |
| Tranenf. ab Ep. Petro de Torres | 1704 |
| Syn. Bar. Castelli Mazar. Ep. | 1704 |
| S. Major, Filioli Calatiae Ep. | 1705 |
| Syn. J. F. de Chamillart Ep. Silvanect. | 1705 |
| Comit. Cleri Gallicani | 1705 |
| Diecc. Grassétanae | 1705 |
| Anglonensis | 1706 |
| Bosnensis eel. Diacova | 1706 |
| S. Bifuntina | 1707 |
| Miniatenfis Joan. Franc. Poggii | 1707 |
| Diecc. Novariensis | 1707 |
| Pisana | 1708 |
| Monasteriens. | 1708 |
| Joan. ex Comitibus Fontana Ep. Cefena imp. | 1708 |
| Diecefis Grassétanae | 1709 |
| Montis Falisci | 1710 |
| Cleri Gall. Cong. | 1710 |
| Monaster. | 1711 |
| Monaster. | 1712 |
| Eichstettensis | 1713 |
| Joan. ex Comit. Font. Cefena | 1713 |
| Cong. Cleri Callic. | 1713 |
| Quinque - Ecclesiensis | 1714 |
| Portalegrensis | 1714 |
| Cong. Cleri Gallicani | 1714 |
| Monaster. | 1714 |
| Merensis | 1714 |
| Comit. Cleri Gallicani | 1715 |

B 4

Comit.

Comit.
Pisana
Chelm
Cleri C
Monaf
Anglo
Cleri C
Afcula
Comit
Zamof
Mazan
Diecec
Nocer
Faven
Fulgio
Monaf
Presm
Cong.
Monaf
Arimi
Cong.
I
Benea
dum
air ide
"nim
"fupr
"fuerc
"clefia



| | anno |
|------------------------------------|------|
| Comit. Cleri Gall. | 1716 |
| Pifana | 1717 |
| Chelmenfis Diœc. Crasnoftaviæ cel. | 1717 |
| Cleri Gall. congr. | 1717 |
| Monafter. | 1717 |
| Anglonenf. | 1718 |
| Cleri Gallic. congr. | 1718 |
| Afculana | 1719 |
| Comit. Gallic. | 1720 |
| Zamofciæ Ruthenorum unitor. | 1720 |
| Mazarienf. B. Caftelli | 1720 |
| Diœcefana Poſnanienfis | 1720 |
| Nocer. Alex. Borgiæ | 1720 |
| Favent. | 1721 |
| Fulginatenfis | 1722 |
| Monafter. | 1722 |
| Preſmiſlienfis | 1723 |
| Cong. Cleri Gallic. | 1723 |
| Monaft. | 1723 |
| Ariminenfis | 1724 |
| Cong. Cleri Gallicani | 1725 |

Romæ in celeberrima *Lateranenfis* Eccleſia
Benedictus XIII. S. P. 1725. celebravit Syno-
 dum provincialem. Titulo ejuſdem II. c. I.
 ait idem laudatiſſimus Pontifex: "E noſtra ete-
 nim Eccleſia Beneventana, ubi oſto a Nobis
 ſupra triginta Diœcefana, ac duæ etiam coactæ
 fuere Synodi provinciales, ad ſacroſanctæ Ec-
 cleſiæ univerſalis regimen, viribus licet, ac me-

B 4

ritis



"ritis imparibus electi, id nos cum primis dies
 "noctesque sollicitavit, ut quantocius Episcopo-
 "rum. qui nostra in peculiari Provincia sunt
 "constituti, Archiepiscoporum insuper Suffraga-
 "neis carentibus, aliorumque Episcoporum, &
 "Abbatum, Nobis immediate & Sedi nostrae Apo-
 "stolice subjectorum, qui alias sibi Metropoli-
 "tanum, provinciali ejus Synodo interessent,
 "non elegerant, aliam in hanc urbem nostram
 "Concilium cogere; hinc forte non despe-
 "rantes ut Synodorum, Conciliorumque hu-
 "jusmodi celebrandorum usum, sicubi obsole-
 "tum, dum nos, generalis juxta Tridentini Con-
 "cilii mentem, renovaremus, ceteri quoque,
 "Apostolicae hujus, cunctarum Ecclesiarum ma-
 "tris, Romanae Ecclesiae exemplo ducti, Metro-
 "politani scilicet in suis Provinciis, & Episcopi
 "in Diocesis, innovarent ac restituerent."
 Benedictus XIII. 1724. die 24. Decemb. ita
 "ait etiam *Guarnacci* *), Concilium Romanum
 "indixit, cui interesse jussit Episcopos, omnes in
 "spe-

*) Videantur *Vita & res gestae Pontificum Romano-
 rum & S. R. E. Cardinalium a Clemente, X. us-
 que ad Elementem XII. scriptae a Maria Guar-
 nacci in Romana Curia XII. viro Signatura Jus-
 titiae & Sac. Congregationis Firmans a secretis;*
 quibus perducitur ad nostra haec tempora *Historia*
eorundem ab Alphonso Giacconio ordinis Pradica-
torum aliisque descripta Romae sol. cum iconibus
Pontificum Cardinaliumque.

speciali Romana Provincia constitutos; videlicet inter Capuanam & Pisanam Provinciam, Præterea Archiepiscopos Suffraganeis carentes, & Episcopos S. Sedi immediate subiectos, nec non Abbates nullius Diocesis, & jurisdictionem quasi Episcopalem habentes. Dies aderat decima quinta Aprilis habendo Concilio decreta. Huic Summus Pontifex præfuit. Optimæ in eo sancitæ sunt leges, de statu hominum, de vita Clericorum, tam Sæcularium, quam Regularium, & de Ecclesiæ disciplina pene universa. Quotquot in urbe aderant Cardinales, vocati interfuere. Non marmor, non querimonia, aut contentio invaluit, sed triginta duo in Curia præsentés Cardinales pacifice his synodalibus decretis subscribere. Post eos quinque Archiepiscopi, inde triginta novem Episcopi, & tres Abbates, & demum triginta quinque aliorum absentium Episcoporum Procuratores simili subscriptione concilii acta firmarunt. Prodiit typis Romæ in 4. Bruxellis in 8. & Monachii in 4. anno 1726. *Editio prima in Germania, ubi omnia, quæ ibidem Italico idiomate continentur in Latinum versa e latere apposita inveniuntur.* Ita libri facies, Aug. Vindel. sub titulo: *Concilium Romanum in sacrosancta Basilica Lateranensi celebratum anno universalis Jubilæi MDCCXXV. A Sanctissimo Patre & D. Nostro Benedicto Papa XIII. Pontificatus sui anno I. Juxta exemplar Romanum Augustæ Vindel. & Græcū*



*cii sumptibus Philippi Martini & Joannis
 Veith fratrum 1726. in 4. pp. 316. ipsa autem
 Decreta implent pp. 108. Summam hujus
 Concilii exhibent P. Biner in Apparatu Eru-
 dit. & P. Dominicus Schram in Summa Conci-
 liorum p. 537. — 561. Circa hoc Concilium,
 ita de eo affirmat Epistola ad me data Præclaris-
 simi nec satis laudandi Viri Jacobi Goyers, "mul-
 "ti multa scripserunt, præsertim circa id, quod
 "Titulo 1. cap. 2. de Bulla Unigenitus dicatur,
 "quamque nostræ uti ejusdem fidei Regulam
 "agnoscimus. Un Auteur Anonyme (inquit
 "Eminentissimus de Tencin, Archiepiscopus
 "Ebredunensis anno 1731. in Institutione Pa-
 "storali pag. 8.) a osé debiter, que cette clause
 "avoit été inserée dans les Actes du Concile par
 "fraude & sans aucune autorité . . . Mais Dieu
 "a permis, que nous aions en main de quoi fer-
 "mer la bouche à ceux, qui ne parlent qu'ini-
 "quité (Ps. 62.) C'est une Lettre à nous adres-
 "sée écritee de la propre main du Saint Pontife,
 "qui a présidé à ce Concile, dans la quelle il s'ex-
 "pliquè sur les bruits, qui avoient couru par
 "rapport à ce decret du Concile Romain.
 "Passando alla seconda parte della medesima let-
 "tera d. V. S. circa al sussurro del decreto del
 "nostro Synodo ultimo Romano, ella ed i pru-
 "denti non debbono prestar fede a coloro, che
 "di qua falsamente scrivono ciò, che hanno o
 "creduto o voluto, che si creda del Capo II. del
 "titolo primo. La verita é quella, che stà ivi
 "im-*

"impr
 "Padr
 "mett
 fanzio

A
 Pi
 Co
 Fi
 N
 V

S

ea in

mus d

"ciale

"In eo

"scop

"pis,

Sanite

"ut se

"tra c

"litus

"inter

"ni a

"lium

"Past

"se ip

"lera

"nell

"& C

"im-



”impressa, e sottoscritta da Noi, e da tutti i
”Padri. Onde ci maravigliano, che da costà si
”metta in controversia una sì palese, e canonica
sanzione.”

Syn. celeb. anno

| | |
|---------------------------------|------|
| Avenionensis paulo post Romanam | 1725 |
| Pisana | 1726 |
| Cong. Cleri Gall. | 1726 |
| Firmana | 1726 |
| Neapolit. | 1726 |
| Varmienfis | 1726 |

Synodus Ebreduni habita est 1727. De
ea in vita Benedicti XIII. ad 1727. ita celeberrimus
Guarnaccius enunciat: ”In Galliis Provin-
”ciale Concilium Ebreduni coactum est hoc anno.
”In eo Petrus de Tencin illius Ecclesie Archiepi-
”scopus cum aliis quatuor suae Provinciae Episco-
”pis, aliisque Episcopis vicinioribus, Antistitem
Sanitenfium Dominum de Soanen in jus vocavit,
”ur se, fidemque suam purgaret de his, quae con-
”tra constitutionem *Unigenitus* perveraciter mo-
”litus fuerat. Ipse enim Sanitenfis Praesul unus erat
”inter paucos illos Episcopos eidem constitutio-
”ni adversantes, qui nedum ad futurum Conci-
”lium provocaverat, sed qui etiam peculiari ejus
”Pastorali monito anno 1726. in vulgus edito
”se ipsum gregemque suum deceperat, ac fefel-
”lerat; palamque predicaverat celebrem *Ques-
”nelli* librum, laude & veneratione dignum esse,
”& Christi fidelium pietati maxime proponen-
”dum.



dem vero 50 Advocatorum lucubrationem ipse
summus Pontifex peculiari suo Diplomate damna-
vit, tanquam impiam, schismaticam, & hæresi
quam maxime accedentem." Ita laud. *Guar-*
naccius. *)

Celebr.

- *) Prodiere: Concilium Provinciale Ebreduni habi-
tum ab illustriss. & reverendiss. D. Petro de Gue-
rin. de Tencin, Miseratione divina Archiepisco-
po Principe Ebredunensi Sacri Romani Imperii
Principe, & Tricamerario Throno Pontificio As-
sistente, Regi ab omnibus Consiliis Anno Domini
1727. mensibus Augusto & Septembri habitum.
Gratianopoli apud Petrum Fauve. 1728. in 4.
pp. 268. 2) Relation de ce qui s'est passé dans
le Concile Provincial d'Embrun, au sujet de la
condamnation des Ecris de M. l'Evêque de Se-
nez &c. du jugement prononcé contre la personne
de ce Prelat Par M l'Abbé de Michel, Cha-
noine d'Embrun, & Abbé commendataire de S. Mar-
cel Secrétaire du Concile à Paris 1728. in 4.
Avec Approbation & Privilège du Roy pag. 103.
3) Franc. de Montauzan S. l. circa 1755. vita de-
functus dicitur composuisse *Journal Historique*
du Concile d'Embrun uti testatur *La France Lit-*
éraire 1759. Tom. 2. pag. 82. Exiit *Journal*
Historique du Concile d'Embrun Par Mr. **
Bachelier de Sorbonne. Tome Premier 1727. pag.
224. in 8. Tome Second pag. 234. 4) Consulta-
tion de M.M. les Avocats du Parlement de Pa-
ris au sujet du jugement rendu à Embrun contre
M. L'Evêque de Senez 1727. Plura de hac Con-
sul-



| | S. celebr. anno |
|---------------------------|-----------------|
| Cremonæ indiſta | 1727 |
| Monalter. | 1727 |
| Congr. Cleri Gallicani | 1727 |
| Syracufana Diœc, a Marino | 1727 |

Lari-

sultatione Tom. 1. Diſtionnaire des Livres Janſeniſtes. 5) Contra Eandem: Remarques ſur la conſultation des Meſſieurs les 50 Avocats du Parlement de Paris, au ſujet du jugement de Concile d'Embrun contre M. l'Eveque de Senez. On y a joint ſix queſtions tres importantes ſur le même ſujet. Par le Rev. Pere Honoré de Sainte Marie Carme Decauſſé, à Namur, chez Charle la Haye 1729. in 4. Avec Approbation p. 126.

6) Arreſt du Conſeil d'Eſtat du Roi rendu ſur le Vic de l'Avis & jugement des Cardinaux Archeveques & Eveques aſſemblez extraordinairement à Paris ſuivant les ordres de S. M. du 9. Avril dernier. Par le quel le Roy ordonne la ſuppreſſion de l'Ecrit qui a pour titre; Conſultation de M. les Avocats du Parlement de Paris, au ſujet du jugement rendu à Paris de l'imprimerie Royale. 1728. pag. 11.

7) Queſtions divers ſur le Concile indiqué pour la Province d'Embrun par M. Jerome Beſſoigne, Docteur de Sorbonne 1727. in 4. qui dans les affaires du tems étoit entré avec une ardeur, qui tenoit du Fanatiſme. Vid. Feller dans le Diſtionnaire Hiſtorique Tom. I. pag. 420.

8) Difficultez propoſées à l'Assemblée des Eveques de France qui s'eſt tenu au Louvre 1728. P. Honoratus a S. Maria in opere jam citat^o ſcriptum illud anonymum reſutavit.



S. celebr. anno

| | | |
|---|-----|------|
| Lارينسي ab Episcopo | - | 1728 |
| Cong. Cleri Gallicani | - - | 1728 |
| Firmana | - - | 1728 |
| Fuldensis (Adolphi a Dalberg) | | 1729 |
| Bobienfis Card. Cornaccioli circa | - | 1729 |
| Cong. Cleri Gallicani | - | 1730 |
| Diaec. Ferentinae Ecclesiae | - | 1732 |
| Diaecesana Florentiae (cel. die 24. Sept.) | - | 1732 |
| Monaster. | - | 1732 |
| Diaec. Plocensis Pultaviae | - | 1733 |
| Cleri Gallicani Cong. | - | 1734 |
| Feretrana Diaec. Pinnae habita m. Junio | | 1734 |
| Tyrnaviensis | - | 1734 |
| Cleri Gallicani Cong. | - | 1735 |

”Ubi Imperatoris Turcici equus pedem fi-
git, ut habet Turcarum adagium, vis omnis
germinandi exarescit: & quae unquam fuit na-
tio, ita habet Senioris *Segneri incred. non ex-
cus.*, tam faecunda ingeniis, tam exulta arti-
bus, tam vitae honestate & moribus spectabi-
lis, tam literarum gloria inclyta, imo tam vir-
tutis exaggerate decore venerabilis, quam Grae-
cia cum adhuc e Christi legibus viveret? quae
tamen hodie Provincia inhumanior, quae indo-
”Elior,



"Glor, quam eadem Græcia, ex quo sub jugo
 "ingemiscit Turcico." Viros tamen complures
 Provincie Turcicæ priori & nostro seculo pro-
 tulere, quibus cum Romanorum potissimum Pon-
 tificum beneficio educatio accessit, orbi erudito
 & religioso admirationi fuerunt & stupori. Eo-
 rundem Summorum Pontificum cura 1736. Sy-
 nodus Maronitarum celebrata est. De qua hæc
 habet P. Einer: "Natio Maronitarum, quæ
 "semper mansit Catholica, nullum Concilium
 "provinciale celebravit usque ad Josephum Pa-
 "triarcham Antiochenum, qui petiit Roma sibi
 "mitti Assemanum, virum doctum, ejusdem na-
 "tionis: eoque præsentem cum 14 Episcopis Ma-
 "ronitis, 2 Syris, 2 Armenis, pluribus Abbatibus
 "congregationis Montis Libani, Missionariis
 "omnium ordinum, qui in Syria & Palestina
 "morantur, Franciscanis videlicet Capuccinis,
 "Carmelitis, Societatis Jesu, multisque Parochis
 "& Theologis, qui olim in urbe Alumni fue-
 "rant Collegii Pontificii Maronitici, celebratum
 "est Concilium anno 1736. in quo lectis Decre-
 "tis & Canonibus actum de reformanda discipli-
 "na Ecclesiastica." Confirmata est hæc Synodus
 a Benedicto XIV. S. P. 1741. Maronitæ Syriam
 mari Mediterraneo conterminam incolunt. To-
 ta eorum Gens Catholica continetur 150 circi-
 ter Paræciis. Habitant imprimis Aleppi, Da-
 masci, Tripoli ac in Monte Libani, ubi habent
 varia cœnobia & typographiam, in qua ab anno
 1730. varii Arabici libri excuduntur. Inclaruit
 hisce

hisce la-
 vita de
helmus
Hieron
Missio
del Ma
 ber Ga
 1675.
Baile,
Anitia
Libani
 I. F. F.
 à S. Joa
tis XI
riens C
roni ag
 p. 255

Sabir
 Cing
 Luca
 Nam
 Anco
 Firm
 Pofin
 Luce
 Cleri
 Mon
 Nam
 Pifau
 Mon



hisce laboribus P. Fromage Missionarius 1740.
 vita defunctus. Scripsere de *Maronitis* *Wil-*
helmus Tyrius, Volaterranus, Joannes Bona,
Hieronimus Dandinus S. I. Casenas edidit:
Missione Apostolica al Patriarca, e Maroniti
del Monte Libano &c. Cesene 1656. Iste li-
 ber Gallice prodiit cura *Richardi Simon. Paris*
 1675. à la Haie 1685. V. *Alegambe, Sotuel,*
Baile, item Arifius. Petrus Golius conges-
 sit *Anitia Missionis PP. Carmelitarum in monte*
Libano, Italice; ut testatur Bibliotheca Belgica
 I. F. Foppens p. 188. ex Biblioth. P. Martialis
 à S. Joanne. Videantur etiam *Epistola Clemen-*
tis XI., Breviarium P. Berti, & præcipue *O-*
riens Christianus P. Le Quien. De Fausto Nai-
roni agit Sec. 18. Bibl. Ecclæs. T. I. (1781.
 p. 255.)

Synodi celebrata anno

| | | |
|----------------------------------|---|--------|
| Sabinensis Hannib. Albani | - | 1736 |
| Cingulana Card. Lanfredini | - | 1736 |
| Lucana Archiep. Colloredo | | 1736 |
| Namurcensis Episc. de Strickland | | 1737 |
| Anconitana Card. Maffeji | - | 1738 |
| Firmana Alèx. Borgiæ | - | 1738 |
| Posnaniensis | - | 1738 |
| Lucensis Fab. Colloredo | - | 1738 |
| Cleri Gallicani congr. | - | 1740 |
| Monasteriensis | - | 1741 |
| Namurcensis Ep. de Berlo | - | 1742 |
| Pisauriensis Diœc. | - | 1742 |
| Monasteriensis | - | 1744 |
| C | | Namur- |

| | Syn. cel. anno |
|--|----------------|
| Namurensis | 1744 |
| Culmenfis <i>Ep. A. S. Kofka Zaluski</i> | 1745 |
| <i>S. Dioc.</i> | 1745 |
| Monasteriensis | 1745 |
| Cleri Gallic. cong. | 1745 |
| Diocesana Segusii in Gallia subalpina | 1745 |
| Pomelanensis | 1745 |
| Monaster. | 1749 |
| Monaster. | 1750 |
| Firmana Alex. Borgia | 1752 |
| Monasteriensis | 1752 |
| Cleri Gallicani cong. | 1752 |
| Monaster. | 1753 |
| Monaster. | 1754 |
| Firmana Provincialis | 1755 |
| Monasteriensis | 1757 |
| Cleri Gallic. cong. | 1765 |
| Cleri Gallic. cong. | 1770 |

Tolosana 1782. de qua: Actes du Synode
 tenu à Toulouse au mois de Novembre 1782.
 à Toulouse 1783. in 8. pag. 180.

*) Concilium *Tarraconense* in Hispania Decretum con-
 dit de reductione Festorum de precepto, quod a
 Benedicto XIV. approbatur & confirmatur. 2)
 Synodus *Diocesana Ragusina* sub Angelo Franchi
 Archiep. prodit Anconæ 173. . . 3) *Josephus*
Andreas Comes in Zaluskie Junosza Zaluski, E-
 piscopus *Kijoviensis* & *Cerniechoviensis* Regni Po-
 loniæ Senator Solii Pontificii Assistent, Eques A-
 quilæ albæ *Wanchocensis* in Polonia & *Villariæ* *Bet-*
naci

naci in Lotharingia ac Consiliarius Prælatus honoris in Parlamento Nancejano & Fontaneti in Burgundia ac Consiliarius in Parlamento Divionensi, Præpositus insignis Ecclesiæ Regiæ Varsaviensis, Canonicus Senior Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis, Membrium Academiæ Scientiarum ac literariæ Berolinensis, Petroburgensis, Romanæ infancudorum, Bononiensis, Florentinæ, Lipsiensis, Nancejanæ, Jenensis, Grypswaldensis edidit *Statuta Synodalia Diœcesis orthodoxæ Kijoviensis* publicata Culmæ in Prussia 1764, fol. impressa. Opus plane eximium complectens 3 libros. Autor celeberr. dedicavit Clementi XIII. 4) De tribus Hungariæ Cc. quæ nominavi, videnda sunt omnino *Concilia Hungariæ* cel. *Peterffy* de Bosnensi p. 409, de Quinqueecclesiensi p. 412. & de congregatione Tyrnaviæ P. II. p. 423. 5) *Synodum Kuthenorum* 1720. celebr. revidit Card. Belluga 1722. & approbavit congregatio Concilii Tridentini 5. Dec. 1722. decreto, item congregatio de propaganda fide 4. Martii 1724. ac tandem Benedictus XIII. 19. Julii 1724. Extat apud *Mansi* T. VI. Cc. vid. etiam *Biner & Sobram*. 6) Plerumque Germaniæ Novellatores de Comitibus Cleri Gallicani nonnisi exiguas relationes de donis gratuitis ac rebus levioribus adferunt: at revera eadem Gallicæ Christianitatis fulcrum sunt potissimum, Religionis schola, & bonorum refugium. Parisiis anno 1771. typis prodierunt in forma quarta XIII. volumina hoc titulo: *Recueil des Actes, Titres & Mémoires contenant les Affaires du Clergé de France*. Volumen XIV. est *une Table raisonnée*. Vid. quoque *Sciagr. Eccles. Jurid.* ad 1763.



CAPVT III.

DE

LITERARVM ET RELIGIONIS

CVLTV.

L iteras cum sublimiores tum inferiores seculo XVIII. eximie cultas esse, extra dubium est. Magnum Scriptorum Ecclesiasticorum numerum exhibent tomi editi *sec. 18. Bibliotheca Ecclesiastica*; at multo maiorem sistent tomi edendi. Nec desuere, qui Religionis studio omni virium conatu se manciparunt, qui relicta sanctitati opinione e vivis decessere, qui fidei veritati sanguinis sui effusione inter acerbissima tormentum subscribere, qui laboribus Apostolicis immortui sunt. Gloriosissima quoque Principum facta seculi XVIII. Annales Ecclesiastici continent. Quod si operam nostram conatusque Reipublicæ literariæ probari videbimus; etiam varios huc pertinentibus labores interque eos *de Seculo XVIII. Germania sacra t. 2.* ac de iis, qui *Seculo XVIII. in Canonem Sanctorum aut Beatorum* relati sunt tom. I. in 8. prelo typographico subiiciemus.


Vale, Amice Lector, ac laboribus nostris favere. Ser. in Universitate Erfordienfi 27. Jan. 1785

Synodis p. 23. addatur *Diœcesana Tridentina Ecclesiæ* cel. 1721. 26. Jul. a celebri *Alphonso Mariconda*; & p. 3. *Statuts publiés au Synode de S. Dièz le 9. Mai 1731. in 11. a Saint Dièz chez Joseph Charlot 1731.* (celeberr. *Joan. C. Sommier*) — Quoad menda, quæ inter actus typographicos irrepsere, p. 3. lin. 23. loco *Confessore* lege *Confessario* p. 12. lin. 12. loco *Jacob*, lege *Joannes*; cet. minoris momenti L. B. corriger.

Erfurt, Diss., 1783-1801 I

X 2386945





Farbkarte #13

B.I.G.

1785
DE 5

HISTORIA ECCLE-
SIASTICA
STUDIO
JVRIS ECCLESIASTI-
CI CONSOCIANDA
PROGRAMMA,

QVO PRAELECTIONES SVAS PER
AESTATEM H. A. HABENDAS

INDICIT

PET. FRANC. AGRICOLA

AD B. V. MARIAM CAN. CAP., SAC. CAN. PROF.
PVBL. ORD. ET ELECT. ACAD. SOC.

1848
B



ERFORDIAE
LITERIS NONNIANIS.
1785.

